

Ps 100:1

<p>^{VUL} Psalm 100:1 David psalmus misericordiam et iudicium cantabo tibi Domine psallam ² et intellegam in via immaculata quando venies ad me perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meae ³ non proponebam ante oculos meos rem iniustam facientes praevaricationes odivi non adhesit mihi ⁴ cor pravum declinante a me maligno non cognoscebam ⁵ detrahentem secreto proximo suo hunc persequerbar superbo oculo et insatiabili corde cum hoc non edebam ⁶ oculi mei ad fideles terrae ut sederent mecum ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat ⁷ non habitabat in medio domus meae qui facit superbiam qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum ⁸ in matutino interficiebam omnes peccatores terrae ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem</p>	<p>^{IEP} Psalm 101:1 Di Davide. Salmo. Misericordia ed equità canterò; inneggerò a te, o Signore. ² Agirò con saggezza nella via dell'innocenza, perché a me possa venire la verità, camminerò nell'integrità del mio cuore, nell'interno della mia casa. ³ Non metterò davanti ai miei occhi alcuna azione malvagia. Ho in odio l'agire degli empi, non intendo aderirvi. ⁴ Starà lontano da me ogni cuore perverso; non vorrò saperne del malvagio. ⁵ Chi calunnia in segreto il suo prossimo, lo farò perire. Chi è altezzoso di occhi e superbo di cuore, non vorrò sopportarlo. ⁶ I miei occhi saranno sui fedeli del paese, perché stiano con me; chi va nella via dell'innocenza, questi sarà mio ministro. ⁷ Non dimorerà nella mia casa chi agisce con inganno; chi profereisce menzogne non reggerà davanti ai miei occhi. ⁸ Ogni mattina farò perire tutti gli empi del paese; estirperò dalla città del Signore tutti i malfattori.</p>
--	--

<p>IN PSALMUM 100 ENARRATIO Sermo ad plebem</p>	<p>SUL SALMO 100 ESPOSIZIONE DISCORSO AL POPOLO</p>
<p>Misericordiae et iudicii tempus agnoscat.</p> <p>1. [v. 1.] Psalmus iste centesimus quod habe in primo versu, hoc in toto eius corpore quaerere debemus. <i>Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine.</i> Nemo sibi ad impunitatem blandiatur de misericordia Dei; quia est et iudicium: et nemo in melius commutatus exhorreat iudicium Dei; quia praecedit misericordia. Homines enim quando iudicant, aliquando victi misericordia, faciunt contra iustitiam; et videtur in eis esse misericordia, et non esse iudicium: aliquando vero rigidum volentes tenere iudicium, perdunt misericordiam. Deus autem nec in bonitate misericordiae perdit iudicii severitatem, nec in iudicando cum severitate amittit misericordiae bonitatem. Ecce si temporibus distinguamus haec duo, misericordiam et iudicium; forte enim non sine causa ipso ordine posita sunt, ut non diceret: Iudicium et misericordiam, sed, <i>misericordiam et iudicium</i>: si ergo per tempora distinguamus haec duo, forte invenimus modo tempus esse misericordiae, futurum autem tempus iudicii. Quomodo est primo tempus misericordiae? Primo in Deo considera, ut et tu quantum ipse tibi donaverit, imiteris Patrem. Neque enim arroganter dicimus, Patrem nostrum nos debere imitari; quandoquidem Dominus ipse unicus Dei Filius ad hoc nos hortatur, dicens: <i>Estote sicut Pater vester coelestis.</i> Cum diceret: <i>Diligite inimicos vestros, orate pro eis qui vos persequuntur: ut sitis, inquit, filii Patris vestri qui in coelis est; qui solem suum facit oriri</i></p>	<p>Tempo di misericordia e tempo di severità.</p> <p>1. [v 1.] Ciò che questo salmo centesimo reca nel suo primo versetto, è ciò che dobbiamo ricercare in tutto il rimanente del testo. <i>O Signore, canterò a te misericordia e giudizio.</i> Nessuno <i>si lusinghi</i> d'ottenere l'impunità per il fatto che Dio è <i>misericordioso</i>, poiché esiste anche il <i>giudizio</i>; e nessuno, <i>se cambiato in meglio</i>, paventi il <i>giudizio divino</i>, dal momento che, <i>prima</i> del <i>giudizio</i>, gli è stata usata <i>misericordia</i>. Infatti nel <i>giudizio umano</i> capita talora che il giudice, troppo misericordioso, pronunci una sentenza contraria alla <i>giustizia</i>: nel qual caso (così almeno sembra) c'è in lui la <i>misericordia</i> ma non il <i>giudizio</i>. Altre volte invece, per essere troppo severi nel <i>giudizio</i>, i <i>giudici dimenticano la misericordia</i>. Dio al contrario non attenua la severità del <i>giudizio</i> a motivo della sua <i>bontà e misericordia</i>, né dimentica la <i>bontà e la misericordia</i> quando, severo, pronuncia il suo <i>giudizio</i>. Proviamoci adesso a discernere i due attributi della <i>misericordia</i> e del <i>giudizio</i> in base al fattore <i>tempo</i>, poiché non dev'essere stato un puro caso che li si è posti in quest'ordine e non si è detto: <i>Giudizio e misericordia</i>; ma: <i>Misericordia e giudizio</i>. Disponendoli secondo una successione <i>cronologica</i>, riscontriamo che <i>il tempo della misericordia è adesso</i>, mentre <i>poi</i> ci sarà il <i>tempo del giudizio</i>. In che senso <i>prima</i> viene il <i>tempo della misericordia</i>? Guarda le cose in Dio, per potere anche <i>tu</i>, nei limiti che egli vorrà donarti,</p>

*super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos*¹. Ecce misericordia. Quando vides iustos et iniustos eundem solem intueri, eandem lucem carpere, eosdem fontes bibere, eadem pluvia saginari, iisdem fructibus terrae repleri, similiter aerem istum ducere, habere aequaliter bona mundi; noli putare iniustum esse Deum, qui dat ista aequaliter et iustis et iniustis. Misericordiae tempus est, nondum iudicii. Nisi enim primo Deus per misericordiam parceret, non inveniret quos per iudicium coronaret. Est ergo misericordiae tempus, quando patientia Dei ad poenitentiam adducit peccantes.

Dei iudicium malis formidandum, bonis autem cupiendum.

2. Audi Apostolum distinguendum utrumque tempus, et distingue et tu: *Existimas autem, inquit, o homo qui iudicas eos qui faciunt ea, et eadem agis, quoniam tu effugies iudicium Dei?*² Intendite. Videbat enim se (sed cui hoc dicit. Non enim uni homini dicit, sed generi hominum tali), videbat se committere multa mala quotidie, et tamen vivere, nihil mali sibi contingere; et putabat aut dormire Deum, aut res humanas non attendere, aut amare facta hominum mala. Tollit istam cogitationem de corde, sed bene intelligentibus. Quid ergo ait? *Existimas, o homo qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei?* Et quasi diceret: Quare facio tanta mala quotidie, et nihil mali mihi contingit? secutus ostendit illi tempus misericordiae: *An divitias benignitatis, et patientiae, et longanimitatis eius contemnis?* Et vere quia hoc contemnebat; sed fecit illum sollicitum. *Ignoras, inquit, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit* Ecce tempus misericordiae. Ne autem hoc ille semper putaret futurum, quomodo secutus eum terruit? *Tu autem* (iam tempus iudicii audi; audisti tempus misericordiae, propter: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine*): *Tu autem, inquit, secundum duritiam cordis tui et cor impaenitens,*

imitare il Padre celeste.

Non è una pretesa superba dire che dobbiamo imitare il nostro Padre. Nostro Signore, Figlio unico di Dio, ci ha rivolto questo invito quando diceva:

Siate come il vostro Padre celeste.

E quando spronava ad amare i nemici e a pregare per i persecutori, soggiungeva:

Affinché siate figli del vostro Padre celeste, il quale fa sorgere il suo sole sui buoni e sui cattivi e manda la pioggia ai giusti e agli ingiusti. [Mt 5, 48 44-45.]

Ecco la misericordia.

Quando vedi i buoni e i cattivi mirare lo stesso sole, godersi la stessa luce, bere alle stesse fonti,

ristorarsi per la stessa pioggia,

raccogliere in abbondanza gli stessi frutti della terra,

respirare la stessa aria

e possedere senza distinzione i beni di questo mondo,

non accusare Dio d'ingiustizia

perché con uguale misura distribuisce di questi beni ai giusti e ai peccatori.

È tempo di misericordia,

non ancora tempo di giudizio.

Se infatti Dio non fosse intervenuto

una prima volta a **perdonare** usando **misericordia**,

non avrebbe chi poter coronare nel **giudizio**.

È quindi **tempo di misericordia**

finché la **longanimità** di Dio

continua a sospingere i peccatori al ravvedimento.

Il giudizio di Dio spaventa i cattivi, consola i buoni.

2. Ascolta come l'Apostolo distingue i **due periodi**, per cui anche **tu** devi distinguerli.

Dice:

Tu, che giudichi i rei di tali colpe e poi tu stesso fai altrettanto, pensi che sfuggirai al giudizio di Dio? [Rm 2, 3.]

State attenti!

Apostrofava un uomo con gli occhi rivolti a se stesso.

(Tuttavia a chi l'Apostolo diceva queste cose?

Non a un uomo solo ma a tutta l'umanità).

Quell'uomo guardava se stesso

e vedeva molti difetti che ogni giorno commetteva.

Eppure continuava a vivere

senza che alcuna punizione gli venisse addosso.

Ne concludeva che

Dio

o era addormentato

o non si curava delle cose umane

o amava le colpe degli uomini.

Ecco quindi l'Apostolo sradicare dal **cuore**

una conclusione così insana,

almeno dal **cuore** di chi vuol ben capire.

E che cosa dice?

Tu che giudichi i rei di tali colpe e poi tu stesso fai altrettanto, pensi che sfuggirai al giudizio di Dio?

E come se l'altro gli obiettasse:

"Com'è allora che, pur compiendo io ogni giorno tante azioni, non mi capita alcun male? ",

prosegue mostrando come **ora** sia **tempo di misericordia**.

Ma vuoi proprio, dice, disprezzare le ricchezze

*thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua*³. Ecce: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine*. Sed minatus est de iudicio: numquid ideo iudicium Dei tantummodo formidandum est, et non amandum? Formidandum malis propter poenam, amandum bonis propter coronam. Quia ergo terruit malos Apostolus in hoc testimonio quod commemoravi, audi ubi spem dat bonis de iudicio. Seipsum ponit, et dicit, et ostendit et ipse in se tempus misericordiae. Quia nisi et ipse inveniret tempus misericordiae, qualem illum inveniret iudicium? Blasphemum, persecutorem, iniuriosum. Sic enim dicit, et commendat tempus misericordiae, in quo modo sumus: *Qui prius, inquit, fui blasphemus, et persecutor, et iniuriosus; sed misericordiam consecutus sum*. Sed forte ipse solus consecutus est misericordiam? Audi quomodo nos erigat: *Ut in me, inquit, ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam*⁴. Quid est, *in me ostenderet longanimitatem?* Ut unusquisque peccator et sceleratus videret quia Paulus accepit veniam, et non de se desperaret. Ecce ostendit se, erexit et alios. Ubi? In tempore misericordiae. Audi in tempore iudicii quid dicat de bonis, iterum dicens de se et de aliis. Primo misericordiam consecutus est. Quare? Quia fuit blasphemus, et persecutor, et iniuriosus. Venit Dominus ut donaret Paulo, non ut redderet. Nam si reddere vellet, quid inveniret quod redderet peccatori, nisi poenam et supplicium? Noluit reddere poenam, sed donavit gratiam. Audi quia ille cui donavit, tenet Dominum etiam debitorem. Invenit eum donatorem tempore misericordiae, tenet debitorem tempore iudicii. Quomodo hoc dicit, videte. *Ego enim iam immolor, dixit, et tempus resolutionis meae proximum est. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi*. Hoc, tempore misericordiae, audi de iudicio. *De caetero superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex*. Non dixit, donat; sed, *reddet*. Quando donabat, misericors erat; quando reddet, iudex erit: quia: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine*. Sed donando delicta, fecit se coronae debitorem: ibi *misericordiam consecutus sum*. Misericors ergo Dominus primo, hic autem *reddet mihi coronam iustitiae*. Unde reddet? Quia *iustus iudex* est. Quare iustus iudex? Quia *bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi*. Ideo iustus non potest nisi coronare ista. Invenit enim ista quae coronaret: antea vero quid invenerat? *Qui prius fui blasphemus et persecutor*. Ista donavit, illa coronabit; donavit haec tempore

della sua bontà, pazienza e longanimità?

E veramente quel tale disprezzava tutto questo.

Ma l'Apostolo lo scuote dicendo:

Non capisci come la bontà di Dio tende a farti ravvedere?

Ecco il **tempo della misericordia**.

Affinché però quel tale non pensasse che le cose sarebbero durate *sempre* così, con quali parole lo spaventa?

Ma tu

(odilo ora descrivere il **tempo del giudizio**, come l'hai udito parlare del **tempo della misericordia** secondo il salmo:

O Signore, io canterò a te misericordia e giudizio).

Ma tu, dice, secondo la durezza del tuo cuore impenitente, ti accumuli dell'ira per il giorno della vendetta e del giusto giudizio di Dio,

il quale renderà a ciascuno secondo le sue opere [Rm 2, 4-6].

Ecco come io **canterò a te, Signore, misericordia e giudizio**.

L'Apostolo minaccia il **giudizio**.

Ma questo **giudizio** di Dio lo si dovrà solo temere o non piuttosto anche amare?

I cattivi debbono temerlo perché recherà la pena; i buoni debbono amarlo perché recherà la corona.

Nel testo or ora ricordato, l'Apostolo ha spaventato i cattivi; ascolta ora un passo in cui, parlando del giudizio, dona speranza ai buoni.

Si rifà a se stesso e ne parla per mostrare come anche per lui ci sia stato un **tempo di misericordia**.

Se infatti in lui questo **tempo di misericordia** non ci fosse stato, in che condizione lo avrebbe trovato il giorno **del giudizio?**

Bestemmiatore, persecutore, violento.

Così infatti si definisce

là dove **inculca il tempo della misericordia in cui noi ora ci troviamo**.

Scrive:

Un tempo io ero bestemmiatore, persecutore, violento, ma ho ottenuto misericordia.

Orbene, questa misericordia l'ha forse ottenuta lui solo?

Ascolta l'incoraggiamento che rivolge a **noi**.

Dice:

Cristo Gesù voleva mostrare in me tutta la sua longanimità, ad ammaestramento di quanti, credendo in lui, conseguiranno la vita eterna. [1 Tm 1, 13 16].

Che significano le parole:

Voleva mostrare in me la longanimità?

Che nessun peccatore o malvivente, vedendo come a Paolo era stato accordato il perdono, disperasse della propria salvezza.

Descrivendo se stesso incoraggia gli altri.

Quando? Nel **tempo della misericordia**.

Ascoltalo ora parlare dei buoni nel tempo del **giudizio**: parla di sé e insieme degli altri.

In un primo tempo egli ha conseguito **misericordia**.

Perché?

Perché era stato bestemmiatore, persecutore e violento.

Intervenire il Signore, per **perdonarlo**,

non per fare i conti con lui.

Poiché, se avesse voluto fare i conti,

cosa avrebbe dovuto dare a un peccatore di tal sorta se non la pena ed il supplizio?

Non volle **punirlo**

misericordiae, coronabit illa tempore iudicii: quia: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine*. Sed numquid solus Paulus id meruit? Hoc enim dixeram, quomodo in illo testimonio terruit, sic in isto erexit. Cum dixisset: *Reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex: non solum mihi, inquit, sed omnibus qui diligunt manifestationem et regnum eius*⁵.

ma accordargli la **grazia**.

Ascolta adesso come quel tale,

a cui Dio ha elargito la sua grazia,

giunga a considerare il Signore qual suo debitore.

Al **tempo della misericordia** l'ha sperimentato donatore,

al **tempo del giudizio** lo considera debitore.

Notate le sue parole. Dice:

Sono sul punto di essere immolato

e il tempo dalla mia dipartita è vicino.

Ho combattuto la buona battaglia,

ho terminato la corsa, ho mantenuto fedeltà.

Questo **al tempo della misericordia**.

Ascolta cosa dice del **giudizio**!

Per il rimanente, mi è serbata la corona della giustizia,

che in quel giorno corrisponderà a me il Signore, giudice giusto.

Non dice: "Donerà", ma **corrisponderà**.

Quando gli elargiva i suoi doni Dio era **misericordioso**;

quando gli corrisponde la ricompensa, è **giudice**, conforme sta scritto:

Misericordia e giudizio canterò a te, Signore.

Perdonando le colpe, Dio si costituiva debitore della corona;

allora **io ottenni misericordia**.

In **un primo tempo** dunque il Signore gli fu **misericordioso**;

in un **secondo** **verrà a corrispondermi la corona della giustizia**.

Perché gli corrisponderà questa ricompensa?

Perché è **giudice giusto**.

Perché è giusto questo giudice?

Perché **io ho combattuto la buona battaglia,**

ho terminato la corsa, ho mantenuto fedeltà.

Se dunque è giusto,

non può non coronare queste opere buone.

Tali opere ha infatti trovato in me e deve coronarle.

Ma prima, cosa vi aveva trovato?

Dapprima io ero un bestemmiatore e un persecutore.

Queste colpe ha **perdonate**;

quelle opere coronerà.

Ha perdonato le une al tempo della **misericordia**;

coronerà le altre al tempo del **giudizio**.

Poiché **misericordia e giudizio canterò a te, Signore.**

Ma questa corona è stata forse meritata solo da Paolo?

L'ho detto più avanti.

Come per le parole con cui **ci** spaventava,

così è da dirsi di queste con cui **ci** rassicura.

Inizia col dire:

Il Signore, giudice giusto, conferirà a me la corona;

ma poi prosegue:

E non soltanto a me,

ma a tutti coloro che amano la sua venuta e il suo regno

[2 Tm 4, 6-8].

Christi corpus securum exspectat **iudicem**.

Il corpo di **Cristo** attende fiducioso il giudizio.

3. Ergo, fratres, quoniam habemus tempus misericordiae, non nobis blandiamur, non nos dimittamus, non dicamus: Semper parcit Deus. Ecce feci heri, pepercit Deus; facio et hodie, et parcit Deus; faciam et cras, quia parcit Deus. Attendis ad misericordiam, et non times iudicium. Si vis cantare misericordiam et iudicium, intellege quia ideo parcit, ut corrigaris, non ut in malignitate permanas. Noli tibi thesaurizare iram in die

3. Orbene, fratelli, se ora **siamo nel tempo della misericordia**,

non dobbiamo per questo **lusingarci**

né vivere con rilassatezza, dicendo:

"Dio ci perdonerà per sempre.

Ho peccato ieri e Dio mi ha perdonato;

pecco oggi e Dio mi perdona.

Siccome Dio mi perdona peccherò anche domani".

Badi alla sua **misericordia**

ma non temi il suo **giudizio**!

Se vuoi **cantare** la misericordia e il giudizio, convinciti che,

irae et revelationis iusti iudicii Dei. Quia in tempore misericordiae in alio psalmo dicitur: "Peccatori autem dixit Deus: Utquid tu enarras iustificationes meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, et abiecisti sermones meos post te: si videbas furem, concurrebas ei, et cum moechis portionem tuam ponebas; sedens adversus fratrem tuum detrahebas, et adversus filium matris tuae ponebas scandalum. Haec fecisti, et tacui." Vide tempus misericordiae. Quid est, *tacui*? Numquid: Non corripui? Sed: Non iudicavi. Quomodo enim tacet qui quotidie clamat in Scripturis, in Evangelio, in praedicatoribus suis? Tacui a supplicio, non a verbo. *Haec fecisti, et tacui*. Et quia tacuit Deus, id est, non vindicavit: quid sibi dixit in corde peccator? Audi: *Suspicatus es, inquit, iniquitatem, quod ero tibi similis*. Id est, parum est quia tu talis eras; et me talem putasti. Et cum ostendisset illi tempus misericordiae, terruit de tempore iudicii: *Arguam te, et statuam te ante faciem tuam*⁶. Tu te ponis post te, ego te ponam ante te. Omnis enim qui non vult videre peccata sua, post dorsum se ponit, et aliorum peccata acute attendit, non per diligentiam, sed per invidiam; non volens sanare, sed accusare: se autem obliviscitur. Unde talibus Dominus dicit: *Stipulam in oculo fratris tui vides, et trabem in oculo tuo non vides*⁷.

Quia ergo misericordia et iudicium cantatur nobis, et nos facientes misericordiam securi expectemus iudicium: et simus in corpore ipsius, et nos cantemus ea.

Cantat enim hoc Christus: si solum caput cantat, a Domino est canticum hoc, ad nos non pertinet; si autem **totus Christus**, id est **caput** et **corpus** eius, esto in membris eius, adhaere illi per fidem, et per spem, et per caritatem; et in illo cantas, in illo exsultas: quia et ipse in te laborat,

se egli ti **perdona**, lo fa perché tu ti ravveda, non perché persista nel male. Non accumularti dell'ira per il **giorno** della **vendetta** e della manifestazione del giusto giudizio di Dio. Riguardano il **tempo della misericordia** le parole di quell'altro salmo: *Dio disse al peccatore: Come fai a parlare dei miei precetti e a mettere sulle tue labbra il mio testamento? Tu hai odiato la disciplina e ti sei gettato dietro le spalle la mia parola. Se vedevi un ladro, correvi insieme con lui e partecipavi alle imprese degli adulteri. Seduto, sparlavvi di tuo fratello e sollevavi scandalo ai danni del figlio di tua madre. Tu facevi di queste cose e io tacevo.*[Ps 49:16-21] **Ecco il tempo della misericordia**. Ma che significa quell'**io tacevo**? Significa forse: Non ti rimproveravo? No; significa soltanto: Io non procedevo al **giudizio**. Come si può dire infatti che Dio **taccia**, **se ogni giorno ci fa udire la sua voce attraverso la Scrittura, il Vangelo e i predicatori della sua parola?** **Ho taciuto** risparmiandoti il **giudizio**, non gli **ammonimenti**. *Tu facevi di queste cose e io tacevo*. E siccome Dio **taceva**, cioè non dava corso alla sua vendetta, cosa si diceva il peccatore in fondo al cuore? Ascolta! *Tu pensasti*, prosegue, *che fosse in me dell'ingiustizia e che io fossi simile a te*. Cioè: non ti contentasti d'essere un perverso, ma supponesti che io lo fossi altrettanto. Dopo avergli però descritto il **tempo della misericordia**, lo spaventa prospettandogli il **tempo del giudizio**. *Ti smaschererò e porrò te stesso dinanzi a te*. [Sal 49, 16-21.] **Tu** poni te stesso dietro le **tue** spalle; io ti porrò dinanzi **a te**. Difatti, chiunque rifugge dal prendere coscienza dei propri peccati, pone se stesso alle proprie spalle. Nota con ocularità i peccati altrui (non per zelo ma per malevolenza, con l'intenzione non di guarire chi li commette ma di accusarlo), ma dimentica se stesso. Come appunto diceva il Signore parlando a tal sorta di gente: *Vedi la pagliuzza nell'occhio di tuo fratello, ma non vedi la trave nell'occhio tuo*. [Mt 7, 3] Quanto a **noi**, siccome **ci** si **canta** **misericordia** e **giudizio**, **operiamo** con **misericordia** e aspettiamo fiduciosi il **giudizio**. **Stiamo nel** corpo di **Cristo** e **cantiamo** queste parole! Il **Cristo** infatti **canta** tutto questo ma, se è solo il **capo** a **cantare**, il **cantico** lo eleva il **Signore** mentre **noi** ne siamo **estranei**. Se al contrario lo **canta** il **Cristo totale**, cioè il **capo** e il **corpo**, **sii** fra le **sue** membra, **stagli** **unito** mediante la **fede**, la **speranza**, la **carità**; e **canta** **in** **lui** e **gioisci** **in** **lui**.

in te sitit, in te esurit et tribulatur.
 Ille in te adhuc moritur,
 et tu in illo iam resurrexisti.
 Nam si non in te moreretur,
 nollet in te sibi parci a persecutore,
 cum diceret:
*Saule, Saule, quid me persequeris?*⁸
 Ergo, fratres mei, Christus cantat;
 sed quomodo, nostis:
 Christum assidue commendavimus vobis;
 et scio quia rudia vobis non sunt.
 Dominus Christus Verbum Dei est,
 per quod facta sunt omnia.
 Hoc Verbum ut redimeret nos,
 caro factum est, et habitavit in nobis⁹:
 factus est homo Deus super omnia,
 Filius Dei aequalis Patri;
 ad hoc homo factus est,
 ut Deus homo mediator esset
 inter homines et Deum,
 et reconciliaret longe positos,
 et coniungeret separatos,
 et revocaret alienatos,
 et reduceret peregrinos;
 ad hoc factus est homo.
 Factus est ergo caput Ecclesiae,
 habet et corpus et membra.
 Quaere membra ipsius,
 modo gemunt per universum orbem terrarum:
 tunc laetabuntur in fine, in corona iustitiae,
 de qua dicit Paulus:
*Quam reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex*¹⁰.
 Et modo ergo cantemus in spe,
 omnes in unum collecti.
 Christum enim induti
 Christum sumus
 cum capite nostro;
 quia utique Abrahae semen sumus.
 Apostolus hoc dicit.
 Quia dixi: Christus sumus.
 Apostolus ait:
*Ergo Abrahae semen estis,
 secundum promissionem haeredes.
 Abrahae semen estis:
 videamus, si semen Abrahae est Christus.
 In semine tuo benedicentur omnes gentes.
 Non dicit: In seminibus, tamquam in multis;
 sed tamquam in uno:
 Et semini tuo, quod est Christus*¹¹.
 Et nobis dicit:
Ergo semen Abrahae estis.
 Manifestum quia ad Christum pertinemus;
 et quia membra eius et corpus eius sumus,
 cum capite nostro unus homo sumus.
 Cantemus ergo:
*Misericordiam et iudicium cantabo tibi,
 Domine.*

come **lui** soffre **in te**,
in te ha fame e sete e subisce tribolazioni.
Egli seguita a **morire in te**;
tu in lui sei già risorto.
 Se infatti **egli** non morisse **nella tua** persona,
 non avrebbe chiesto che, **in te**,
 gli fossero risparmiati i colpi del persecutore, quando disse:
Saulo, Saulo, perché mi perseguiti? [At 9, 4].
 Dunque, fratelli miei, è **Cristo che canta**.
 Come poi **canti**, voi lo conoscete,
 poiché spesso abbiamo insistito nel presentarvi il **Cristo**
 e so che queste cose non vi sono sconosciute.
Cristo Signore è il Verbo di Dio,
 per opera del quale furono create tutte le cose.
 Questo Verbo per redimerci si fece **carne**
 e abitò in mezzo a noi [cf. Gv 1, 3 14].
 Il Dio eccelso sopra tutte le cose,
 il Figlio di Dio uguale al Padre,
 si è fatto **uomo**.
 E si è fatto **uomo** perché, divenuto Dio-uomo,
 potesse essere **mediatore** tra gli **uomini** e Dio,
 e riconciliasse chi era **diviso**,
congiungesse chi era **separato**,
 richiamasse chi si era **allontanato**,
 riportasse in patria chi era **in esilio**.
 Per questo si fece **uomo**.
 Così è divenuto **capo** della Chiesa
 e ha un **corpo** e delle **membra**.
Chiama all'appello queste **membra**!
Ora gemono in tutte le parti del mondo,
 ma **alla fine saranno allietate** dalla corona di giustizia
 della quale dice Paolo:
Me la conferirà in quel giorno il Signore, giudice giusto [2 Tm 4, 8].
Cantiamo dunque ora nella speranza, uniti tutti insieme.
 Essendo infatti rivestiti del **Cristo**,
noi siamo Cristo,
insieme col nostro Capo.
 E siamo anche discendenti di Abramo, come dice l'Apostolo.
 Io ho affermato che **noi siamo Cristo**
 e l'Apostolo dice:
*Per questo voi siete discendenza di Abramo,
 eredi secondo la promessa.*
 Voi siete discendenti di Abramo.
 Vediamo se discendenza di Abramo sia anche Cristo.
*Nella tua discendenza saranno benedette tutte le genti.
 Non dice: Nelle discendenze, quasi che ne fossero molte,
 ma, poiché è una sola, dice:
 Nella tua discendenza, e questa discendenza è Cristo* [Gal 3, 29 8 16].
 Sicché anche **a noi** è detto:
Voi siete discendenza di Abramo.
 Risulta pertanto chiaramente che **noi apparteniamo a Cristo** e,
siccome siamo membra e corpo di lui,
insieme con lui formiamo un solo uomo;
 e quindi **possiamo cantare**:
Misericordia e giudizio canterò a te, o Signore.

De cordis innocentia.

4. [v. 2.] *Psallam, et intellegam in via immaculata, quando venies ad me.* Nisi in via immaculata, non potes psallere, nec intellegere. Si vis intellegere, in via immaculata psalle, id est, operare in hilaritate Deo tuo. Quae est via immaculata? Audi sequentia: *Deambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae.* Haec via immaculata ab innocentia coepit, in ipsa etiam pervenitur. Quid quaeris multa verba? Innocens esto, et perfecisti iustitiam. Sed quid est esse innocentem? Duobus enim modis nocet homo, quantum in ipso est; aut faciendo miserum, aut deserendo miserum: quia et tu non vis ab alio fieri miser, et non vis deseri ab alio, si miser fueris. Quis est qui facit miseros? Qui infert violentias vel insidias, rapit res alienas, opprimit pauperes, furatur, coniugia aliena sollicitat, calumniosus est, vult inferre hominibus quo doleant, studio malevolentiae. Quis est qui deserit miseros? Qui videt inopem aliquo auxilio egentem, et cum habeat quomodo praestet, contemnit, despicit, alienat cor suum. Quod si iam omnino talis esset, ut non opus haberet aliqua misericordia; superbus esset, si desereret miserum: adhuc in tribulatione carnis constitutus est, nesciens quid sibi possit cras accidere, et despicit lacrymas miserorum; non est innocens. Sed quis est innocens? Qui cum alii non nocet, nec sibi nocet. Qui enim et sibi nocet, non est innocens. Ait aliquis: Ecce non tuli alicui, nec pressi aliquem: de re mea, de iusto labore meo bene mihi faciam, convivium apparatus habere volo, erogare volo quantum me delectat, bibere cum quibus volo quantum me delectat; cui aliquid tuli? quem pressi? quis de me questus est? Innocens videtur. Sed si seipsum corrumpit, si templum Dei in se evertit, quid exspectas, ut in alios faciat misericordiam, et parcat miseris? Qui in seipsum crudelis est, esse in alium misericors potest? Tota ergo iustitia ad unum verbum innocentiae redigitur. *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam*¹². Quando amabat iniquitatem, putabat quod aliis nocebat. Sed vide si aliis nocebat: *Qui diligit*, inquit, *iniquitatem, odit animam suam*. Sibi ergo prius nocet qui vult aliis nocere; nec deambulat, quia non est ubi. Angustias enim patitur omnis malitia: sola innocentia lata est, ubi deambuletur. *Deambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae.* Medium domus suae, aut ipsam Ecclesiam dicit; Christus enim in ea deambulat: aut cor suum; domus enim nostra interior, cor nostrum est: ut hoc exposuerit quod superius dixit: *In innocentia cordis mei.* Quae est innocentia cordis sui? Medium domus suae. Hanc domum quisquis habet

L'innocenza del cuore.

4. [v. 2.] **Salmeggerò e comprenderò nella via immacolata, quando verrai a me.**

Fuori della **via immacolata** non potrai né salmeggiare né comprendere.

Se **vuoi comprendere**, **salmeggia** nella **via immacolata**, cioè **compi** nella **gioia** le opere del **tuo** Dio.

Qual è la **via immacolata**?

Ascolta come continua:

Cammino nell'innocenza del mio cuore in mezzo alla mia casa.

Questa **via immacolata** trae inizio dall'**innocenza** e all'**innocenza** giunge.

A che pro cercare molte parole?

Sii innocente e **hai** raggiunto la perfezione della giustizia.

Ma che significa "essere **innocente**"?

In due maniere l'uomo fa del male, per quanto è in suo potere:

o rendendo misero un suo simile

o abbandonandolo nella miseria.

Prova ne sia che tu stesso non vuoi essere ridotto in miseria

né, se già **sei** misero, **ti** piace essere abbandonato nella **tua** miseria.

Chi causa al prossimo della miseria?

Chi usa violenza o trama insidie,

chi s'appropria della roba altrui,

chi opprime i poveri, ruba,

attenta al matrimonio degli altri,

chi calunnia, ovvero per odio causa al suo simile delle sofferenze.

E chi è che abbandona il misero?

Chi vede il povero bisognoso di aiuto e, pur avendo di che aiutarlo,

lo trascura, lo disprezza, non lo prende a cuore.

Anche se chi si comporta così

non avesse a sua volta alcun bisogno di misericordia,

trascurando il misero si comporterebbe da superbo.

Si trova infatti ancora in mezzo alle sofferenze della vita

e, **senza sapere** che cosa gli possa accadere domani,

disprezza le lagrime del misero!

Non è **innocente** costui.

Chi è allora **innocente**?

Chi non fa del male

né a se stesso

né agli altri.

Difatti anche facendo del male a se stesso

si perde l'**innocenza**.

Qualcuno potrebbe dire:

"Ecco, io non ho rubato a nessuno,

non ho oppresso nessuno.

Con la mia roba, col ricavato dei miei lavori

voglio condurci una vita agiata,

voglio avere il pranzo pronto,

voglio spendere a mio talento,

voglio bere con chi voglio e quando voglio.

Chi ho defraudato? Chi ho oppresso?

Chi può lamentarsi di me?"

Sembrerebbe un ..

Ma se danneggia **se stesso**,

se rovina **il tempio di Dio** che è *in* lui,

come attendersi da un uomo siffatto

che usi misericordia verso gli altri

e risparmi ogni danno ai miseri?

Uno che è crudele contro se stesso

potrà mai essere compassionevole con gli altri?

malam, pellitur ab illa foras. Quisquis enim in corde premitur mala conscientia, quomodo quisque ab stillicidio exit de domo sua, aut a fumo, non ibi se patitur habitare: sic qui non habet quietum cor, habitare in corde suo libenter non potest. Tales foras exeunt a seipsis animi intentione, et de his quae foris sunt circa corpus delectantur; quietem in nugis, in spectaculis, in luxuriis, in omnibus malis quaerunt. Quare foris sibi volunt esse bene? Quia non est illis intus bene, unde gaudeant in conscientia. Ideo Dominus cum sanasset paralyticum, ait: *Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam*¹³. Faciat illud anima quae quasi paralyti dissoluta est: in membris bonae operationis constringatur, ut bene operetur, tollat grabatum suum, regat corpus suum; iam eat in domum suam, intret in conscientiam suam: iam latam inveniet, ubi deambulet, et psallat, et intellegat.

Odisse debes praevaricatores, homines vero diligere.

5. [v. 3.4.] *Non proponebam ante oculos meos rem malam.* Quid est: *Non proponebam ante oculos meos rem malam?* Non diligebam. Solet enim dici, quod nostis, de homine qui ab aliquo diligitur: Ante oculos illum habet: et ille qui contemnitur, sic solet queri: Non me habet ante oculos. Quid ergo est, ante oculos habere? Diligere. Quid est, non diligere? Non ibi corde habitare. Dixit ergo: *Non proponebam ante oculos meos rem malam:* non diligebam rem malam. Et exponit ipsam rem malam: *Facientes praevaricationem odio*

Tutta la giustizia insomma si riduce ad una parola: **innocenza**.

Ma **chi ama l'iniquità odia la sua anima** [Sal 10, 6].

Amando l'ingiustizia, credeva di danneggiare solamente gli altri: ma osserva se ciò corrisponda a verità.

Dice: **Chi ama l'iniquità ha in odio la propria anima.**

Chiunque pertanto fa del male al prossimo,

prima di tutto danneggia se stesso.

E neppure avanza [spiritualmente] perché non ha dove muoversi: difatti ogni specie di colpa comporta strettezza, mentre l'**innocenza**, ed **essa** sola,

ha una **via** spaziosa ove si può camminare.

Dice:

Io camminavo nell'innocenza del mio cuore, in mezzo alla mia casa.

Chiama "mezzo della sua casa "

o la Chiesa di Dio (in essa infatti muove il Cristo i suoi passi),

ovvero il suo proprio cuore (poiché la nostra casa interiore è il **cuore**), nel quale caso la seconda frase spiegherebbe la precedente,

e cioè: **Nell'innocenza del mio cuore.**

Qual è l'**innocenza** del **cuore**?

Il mezzo della sua casa.

Chiunque ha riempito di male questa casa,

ne viene cacciato fuori.

Difatti chiunque in fondo al **cuore** è tormentato da cattiva coscienza,

è come l'uomo costretto a uscire di casa perché vi piove o v'è fumo,

e così non riesce ad abitarvi.

Veramente, uno che abbia il **cuore** in subbuglio

non potrà mai abitarvi volentieri.

Ecco perché c'è tanta gente

che con le aspirazioni dell'animo vive al di fuori di se stessa

e ripone felicità in cose esterne e corporali.

Cercano la quiete nelle frivolezze, negli spettacoli,

nelle lascivie e in ogni sorta di vizi.

Perché cercano la felicità al di **fuori?**

Perché **dentro** non si trovano bene;

perché nella coscienza non hanno di che godere.

In questo senso disse il Signore al paralitico che aveva guarito:

Prendi il tuo lettuccio e vattene a casa. [Mt 9, 6].

Faccia lo stesso l'anima affetta come da paralisi interiore.

Si rafforzi nelle membra d'una santa operosità

per cui agisca sempre rettamente.

E sollevi il suo lettuccio,

cioè regga il suo corpo.

E torni a casa sua,

cioè rientri nella sua coscienza:

troverà in essa ampio spazio per **camminare**.

E salmeggi, e comprenda.

Odiamo il peccato, amiamo il peccatore.

5. [vv 3.4.] **Non ponevo dinanzi ai miei occhi alcuna cosa cattiva.**

Che significa:

Non ponevo dinanzi ai miei occhi alcuna cosa cattiva?

Non l'**amavo**.

Come infatti sapete, d'una persona che è **amata** da un'altra

si dice che l'ha davanti agli occhi;

mentre, quando uno si vede trascurato,

si lamenta dicendo che non lo si tiene davanti agli occhi.

Che vuol dire dunque avere davanti agli occhi? **Amare.**

E che cos'è non **amare**?

Non stare col **cuore** presso qualcuno o alcunché.

Dicendo quindi:

habui. Intendite, fratres mei. Si deambulatis cum Christo in medio domus eius, id est, si vel in corde vestro bene requiescitis, vel in ipsa Ecclesia bonum iter carpitis in via immacolata; non eos tantum qui foris sunt odisse debetis praevaricatores, sed et quoscumque intus inveneritis. Qui sunt praevaricatores? Qui oderunt legem Dei; qui audiunt illam, et non faciunt, praevaricatores dicuntur. Facientes praevaricationem odio habe, repelle illos a te. Sed odisse debes praevaricatores, non homines. Unus homo praevaricator, videte quia duo nomina habet, homo, et praevaricator: hominem Deus fecit, praevaricatorem ipse se fecit; ama in illo quod Deus fecit, persequere in illo quod ipse sibi fecit. Cum enim persecutus fueris praevaricationem eius, occidis quod homo fecit, et liberatur quod Deus fecit. *Facientes praevaricationem odio habui.*

Recti cordis regula, Dei voluntas.

6. *Non adhaesit mihi cor pravum.* Quod est cor pravum? Cor tortum. Quod est cor tortum? Cor non rectum. Quod est cor non rectum? Vide quod est cor rectum, et ibi invenis quod est cor non rectum. Rectum cor dicitur hominis, qui omnia quae vult Deus, non ipse non vult. Intendite. Orat aliquis ut nescio quid non eveniat; orat, et non prohibetur. Petat quantum potest: sed contra voluntatem ipsius evenit aliquid; subiungat se voluntati Dei, non resistat voluntati magnae. Quia et ipse Dominus sic illud exponit: ostendens infirmitatem nostram in se, quando passurus erat, ait: *Tristis est anima mea usque ad mortem*¹⁴. Non enim vere ille timebat mortem, qui potestatem habebat ponendi animam suam, et potestatem habebat iterum sumendi eam¹⁵. Et Paulus apostolus miles ipsius, servus ipsius clamat: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de caetero reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex*¹⁶. Exsultat quia moriturus est; et Dominus eius et Imperator eius tristis est, quia moriturus est? Ergo melior servus quam Dominus? Et ubi est quod ait ipse Dominus: *Sufficit servo ut sit sicut dominus eius; sufficit discipulo ut sit sicut magister eius*¹⁷? Ecce fortis est Paulus ventura morte, et Dominus

Io non ponevo dinanzi ai miei occhi alcuna cosa cattiva,

indica che non **amava** le cose cattive.

E precisa di che si tratti:

Odiavo i prevaricatori.

Statemi attenti, fratelli miei!

Se camminate con Cristo nel mezzo della sua **casa** (cioè o dentro il vostro **cuore** ove trovate requie, o nella Chiesa

ove camminate sul retto sentiero della vita **immacolata**), non soltanto dovete odiare i prevaricatori che sono al di *fuori*, ma anche quelli che incontrerete al di *dentro*.

Chi sono questi prevaricatori?

Coloro che odiano la legge di Dio, coloro che l'ascoltano e non la mettono in pratica: ecco chi va sotto il nome di prevaricatore.

Odia questi prevaricatori, e tienili lontani da te!

Ma oggetto del tuo odio dovrà essere

il prevaricatore,

non l'uomo.

L'uomo prevaricatore porta (come vedete) due nomi:

uomo

e prevaricatore.

L'uomo l'ha fatto Dio;

prevaricatore ci si è reso lui da se stesso.

Ama l'opera di Dio;

e perseguita il male che egli s'è procurato.

Perseguitando la sua colpevolezza,

ucciderai l'opera dell'uomo

e metterai in libertà l'opera di Dio.

Io ebbi in odio i prevaricatori.

Retto è il cuore che ha in Dio la sua norma.

6. *Non ha aderito a me il cuore perverso.*

Quando è perverso un **cuore**?

Quando è tortuoso.

E quando è tortuoso?

Quando non è retto.

E quando non è retto?

Considera cosa sia un **cuore** retto

e troverai subito quando un **cuore** non è retto.

Si dice retto il **cuore** d'un uomo

quando questi vuole tutto quello che Dio vuole.

Attenti!

Ecco un tizio pregare affinché non gli succeda un qualcosa.

Prega e la cosa avviene lo stesso.

Potrà intensificare la preghiera;

ciò nonostante la cosa indesiderata avviene egualmente.

Ebbene, si sottometta alla volontà di Dio!

Non opponga resistenza al volere supremo

ma faccia come fece personalmente il nostro Signore, quando, vicino alla passione,

facendosi quasi **specchio della nostra debolezza**, disse:

La mia anima è triste fino alla morte [Mt 26, 38].

Era questo un esempio per noi:

non che temesse effettivamente la morte,

avendo il potere di dare la vita e di riprenderla [Cf. Io 10, 18].

Anche Paolo apostolo, soldato e servo del Signore, grida:

Ho combattuto la buona battaglia, ho terminato la corsa, ho mantenuto fedeltà.

Quanto al resto, mi è serbata la corona di giustizia

che il Signore, giudice giusto, conferirà a me in quel giorno

tristis est? *Optabam, inquit, dissolvi, et esse cum Christo* ¹⁸. Gaudet, quia dissolvitur, ut sit cum Christo; et ipse Christus tristis est, cum quo iste futurum se esse laetatur? Sed quid erat illa vox, nisi sonus infirmitatis nostrae? Multi adhuc infirmi contristantur futura morte: sed habeant rectum cor; vident mortem, quantum possunt; sed si non possunt, dicant quod ipse Dominus non propter se, sed propter nos dixit. Quid enim dixit? *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste*. Ecce habes voluntatem humanam expressam; vide iam rectum cor: *Verum, non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater* ¹⁹. Si ergo rectum cor sequitur Deum, pravum cor resistit Deo. Aliquid illi contingat adversum, clamat: Deus, quid tibi feci? quid commisi? quid peccavi? Se iustum vult videri, Deum iniustum. Quid tam pravum? Parum est quia tortus est; et tortam regulam putat. Corrige te, et invenis rectum a quo te depravasti. Ille iuste, tu iniuste: et ideo perversus es, quia hominem iustum dicis, et Deum iniustum. Quem hominem iustum dicis? Teipsum. Quando enim dicis: Quid tibi feci; iustum te putas. Sed respondeat tibi Deus: Verum dicis, mihi nihil fecisti; omnia enim tibi fecisti. Si enim mihi aliquid fecisses, bonum fecisses. Quidquid enim bene fit, mihi fit; quia ex praecepto meo fit: quidquid autem mali fit, tibi fit, non mihi fit; quia non facit malus aliquid nisi sibi, quia hoc non ego iubeo. Tales quando videritis, fratres, corripite, arguite, corrigite: et si non potestis corripere aut corrigere, nolite consentire; ut possitis dicere. *Non adhaesit mihi cor pravum.*

[2 Tim 4, 7-8].

Di fronte alla morte potrà l'Apostolo godere, se di fronte alla stessa morte il suo Signore e sovrano è triste? Sarà, allora, il servo superiore al padrone?

E come la metteremo con le parole del Signore:

Basti al servo essere come il suo padrone, e al discepolo essere come il suo maestro [Mt 10, 25]?

Ecco, di fronte alla morte imminente,

Paolo è forte,

il Signore è triste!

Dice il primo:

Io desideravo essere sciolto [dai legami del corpo]

ed essere con Cristo [Phil 1, 23].

Gode perché può svincolarsi dalla carne ed essere con Cristo,

mentre Cristo della cui presenza Paolo si allietta,

è lui stesso triste?

Ma, cos'era quel grido emesso dal Signore,

se non il **grido della nostra debolezza**?

Ci sono infatti anche ora molti che, nella loro **debolezza**,

si rattristano per la morte che li attende.

Ebbene, abbiano retto il **cuore**!

Evitino la morte con ogni mezzo possibile

ma quando evitarla sarà impossibile,

ripetano le parole che il Signore disse

non per sé **ma per noi**.

E quali sono queste parole?

Padre, se è possibile, passi da me questo calice!

Ecco espressa la volontà umana.

Ma, eccoti ora il **cuore** retto:

Tuttavia, non ciò che voglio io, ma ciò che vuoi tu, Padre [Mt 26, 39].

Se, pertanto, un **cuore** è retto quando si conforma alla volontà di Dio,

è perverso se resiste a Dio.

Capita un'avversità, e chi ne è colpito subito a gridare:

" O Dio, ma che cosa ti ho fatto?

che colpa o che peccato ho commesso? "

Vuol apparire lui stesso giusto

e accusa Dio d'ingiustizia!

Ci può essere cosa più insensata?

Ha il **cuore** tortuoso e, non contento di ciò,

egli suppone che sia storta anche la riga [cui si ha da conformare].

Raddrizzati, e troverai come sia retto colui

dal quale allontanandoti ti sei deformato.

Egli agisce giustamente,

tu ingiustamente;

anzi, proprio per questo sei perverso,

perché mentre ritieni giusto l'uomo,

accusi Dio d'ingiustizia.

Qual è l'uomo che credi giusto? Te stesso!

Dicendo, infatti:

Ma io che cosa ti ho fatto? ti proclami giusto.

Il Signore voglia quindi risponderti:

" È vero, a me non hai fatto nulla.

Hai fatto ogni cosa per te.

Se infatti avessi fatto qualcosa per me, avresti compiuto del bene:

poiché, quando si compie il bene, lo si fa per me,

in quanto lo si compie dietro mio comando.

Quando invece compì il male, lo fai per te, non per me,

poiché il cattivo non può compiere opere che non siano se non per lui,

dato che il male io non lo comando "

Se pertanto, fratelli, v'imbattete in gente che ragioni così,

sgridatela, rimproveratela, fatela ravvedere!

E, se non siete in grado di sgridarla o richiamarla al dovere,

<p>Inter se contrariae, peccatorum iustorumque viae.</p> <p>7. <i>Cum declinaret a me malignus, non cognoscebam. Quid est, non cognoscebam? Non approbavam, non laudabam, non mihi placebat. Cognoscere enim invenimus in Scripturis aliquando dici, pro eo quod est placere nobis. Quid enim latet Deum, fratres? Numquid novit iustos, et non novit iniustos? Quid cogitas quod ille nesciat? Non dico, quid facis; sed, quid cogitas quod ille nesciat? Non dico, quid cogitas; sed, quid cogitaturus es quod ille non ante viderit? Omnia ergo novit Deus: et tamen in fine, id est in iudicio post misericordiam, de quibusdam dicit: <i>In illa die multi venturi sunt, et dicent, Domine, Domine, in nomine tuo daemonia eiecimus, in nomine tuo virtutes multas fecimus, in nomine tuo manducavimus et bibimus; et dicam illis: Discedite a me, operarii iniquitatis; non novi vos</i>²⁰. Ille non novit aliquem? Sed quid est: <i>Non novi vos?</i> In regula mea non vos agnosco. Novi enim regulam iustitiae meae: non illi congruitis, declinastis ab illa, distorti estis. Ideo et hic dixit: <i>Non cognoscebam. Cum declinaret a me malignus, non cognoscebam. Quid est, non cognoscebam? Numquid forte quia malignus quando obviam fit iusto in vico angusto, dicit sibi quod est scriptum in Sapientia Salomonis: <i>Gravis est nobis etiam ad videndum</i>²¹, et mutat viam ne videat quem non vult? Sed quam multi sunt maligni quos videmus, et qui nos vident, et non solum non a nobis declinant, sed currunt ad nos, et aliquando iniquitates suas per nos impleri cupiunt? Plerumque nobis contingit. Quomodo ergo declinant? Declinat a te, qui dissimilis est tibi. Quid est, declinat a te? non te sequitur. Quid est, non te sequitur? Non te imitatur. Ergo: <i>Cum declinaret a me malignus</i>, id est, cum mihi dissimilis esset malignus, et vias meas nollet imitari, nollet sic vivere malignus, quomodo me illi proposui ad imitationem; <i>non cognoscebam. Quid est, non cognoscebam? Non quia nesciebam, sed quia non approbavam.</i></i></i></p>	<p>non approvatene, almeno, il comportamento! In modo da poter dire: <i>Non ha aderito a me il cuore perverso.</i></p> <p>Le opposte vie del giusto e del peccatore.</p> <p>7. <i>Poiché il malvagio si allontanava da me, io non lo conoscevo.</i> Che significa: <i>Non lo conoscevo?</i> Non l'approvavo, non lo elogiavo, non mi piaceva. Troviamo infatti nelle Scritture la parola " conoscere " nel senso di " essere gradito ". Ci può essere, fratelli, qualcosa che sfugge a Dio? Conoscerà forse, il Signore, i giusti, e non conoscerà gli ingiusti? Ci potrà essere un qualche tuo pensiero che Dio non conosca? Non dico un tuo atto, ma un tuo pensiero, che Dio non conosca? Non dico: Un tuo pensiero di oggi, ma: Un pensiero che avrai in avvenire, che Dio non abbia conosciuto antecedentemente? Certamente, Dio conosce ogni cosa. Eppure, <i>alla fine</i> (cioè quando alla misericordia subentrerà il <i>giudizio</i>) ci saranno certuni dei quali è detto: <i>Quel giorno molti verranno a dirmi: Signore, Signore! Noi nel tuo nome abbiamo scacciato i demoni e operato molti portentis: noi abbiamo mangiato e bevuto nel tuo nome. Allora io dirò loro: Andatevene lontano da me, operatori di iniquità; Io non vi conosco.</i> [Mt 7, 22-23]. C'è dunque qualcuno che Dio non conosce? Che significa quel <i>Non vi conosco?</i> Non vi riconosco conformi alla mia regola. Conosco la norma della mia giustizia, ma voi non combaciate con essa: ve ne siete allontanati e siete storti. Nello stesso senso è detto qui: <i>Io non lo conoscevo. Siccome il malvagio si allontanava da me, io non lo conoscevo.</i> Che vuol dire, allora: <i>Non lo conoscevo?</i> Si riferisce, forse, al fatto che, quando un birbante incontra un giusto per una strada stretta, con la mente corre alle parole della Sapienza di Salomone: <i>Egli ci dà noia anche a vederlo</i> [Sap 2, 15] e cambia strada, per non vedere quella persona indesiderata? <i>Ma, quanti mascalzoni ci sono e ci tocca vederli! Ci guardano, e non solo non si allontanano da noi, ma ci corrono incontro, sperando (almeno talvolta) di realizzare i loro piani iniqui con la nostra collaborazione! Son cose che capitano spessissimo.</i> In che senso, allora, si allontanano? Si allontana da te l'uomo che non ti somiglia. Che vuol dire: Si allontana da te? Non ti segue. E che vuol dire: Non ti segue? Non imita la tua condotta. Orbene, <i>siccome il malvagio era lontano da me</i>, cioè, siccome mi era dissimile né voleva imitare la mia condotta (non voleva vivere secondo il modello che in me stesso io offrivo alla sua imitazione),</p>
--	---

<p>Si Dominus voluit cum superbis manducare, ne miremur.</p> <p>8. [v. 5.] <i>Detrahentem proximo suo occulte, hunc persequer. Ecce persecutor bonus, non hominis, sed peccati. Superbo oculo et insatiabili corde, huic non convalescebar. Quid est, non convalescebar? Non cum illo manducabam. Attendat Caritas vestra; quia mirum aliquid audituri estis. Si non convalescebatur cum illo, non manducabat; vesci enim, manducare est: cur ergo ipsum primo Dominum invenimus manducasse cum superbis? Non cum publicanis illis et peccatoribus, nam ipsi humiles erant: cognoscebant enim languorem suum, et medicum requirebant. Cum ipsis superbis Pharisaeis invenimus illum manducasse. Nam superbus quidam invitaverat illum: ipse est cui displicuit quia mulier peccatrix, quae erat in civitate famosa, accessit ad pedes Domini; et ait in corde suo (quia talis erat munditia Pharisaeorum, ut nemo eos iniquus tangeret; si quis illos immundus vel modice tetigisset, exhorrebant, ne quasi immundos eos faceret tactus immundus. At ubi peccatrix illa, quae erat in civitate famosa, accessit flere ad pedes Domini, ille cum videret eam, dixit in corde suo): <i>Hic si esset propheta, sciret quae mulier illi accessit ad pedes. Unde sciebat quia Christus nescivit, nisi inde suspicatus est eum nescisse, quia non a se repulit? Quia si ipse esset, repelleret a se. Dominus autem non solum mulierem illam peccatricem noverat, sed et illius superbi vulnera medicus insanabilia videbat. Ait enim cum audisset cogitantem, ut ostenderet illum superbum: Simon, habeo aliquid tibi dicere: Duo debitores erant cuidam feneratori; unus ei debebat quinquaginta denarios, alius quingentos; cum non haberent unde redderent, dimisit ambobus: quis eum plus dilexit? Et ille contra se dixit sententiam, extorquente sibi confessionem veritate: Credo, Domine, cui plus donavit. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni: Vides istam mulierem? Intravi in domum tuam; aquam mihi ad pedes non dedisti: ista autem lacrymis suis lavit pedes meos²², et caetera quae nostis. Non opus est in aliis propter quae ad testimonium adhibuimus, diutius immorari. Iste pharisaeus superbus erat, convalescebatur cum illo Dominus; quid est ergo quod ait: Superbo oculo et insatiabili corde, huic non convalescebar? Quid est, non convalescebar? Non cum illo manducabam. Quomodo nobis proponit haec quae ipse non fecit? Ad</i></i></p>	<p>per questo <i>io non lo conoscevo.</i> Che significa, dunque: <i>Non lo conoscevo?</i> Che non l'approvavo; non che io effettivamente non lo conoscessi.</p> <p>Cristo accetta d'assidersi a mensa con i superbi.</p> <p>8. [v 5.] <i>Colui che occultamente denigrava il suo prossimo, io lo perseguitavo.</i> Ecco un buon persecutore. Perseguita non l'uomo ma il peccato. <i>Con l'uomo dall'occhio superbo e dal cuore insaziabile io non mi sedevo a mensa.</i> Che significa: <i>Non mi sedevo a mensa?</i> Non mangiavo con lui. Mi stia attenta la vostra Carità, poiché udrete una cosa sorprendente. Se non si poneva a mensa con lui, vuol dire che non mangiava con lui, poiché stare a mensa è lo stesso che mangiare. Ma, allora, perché ci si fa sapere che lo stesso nostro Signore, per primo, mangiava con i superbi? Non dico dei pubblicani e dei peccatori, i quali erano umili e, riconoscendo le proprie infermità, ricorrevano al medico. Troviamo che il Signore andò a pranzo in casa degli stessi superbi farisei. Come quella volta che lo invitò quel superbo a cui dispiacque che una donna, peccatrice ben nota nella città, si fosse avvicinata ai piedi del Signore, e disse in cuor suo: <i>Costui, se fosse un profeta, saprebbe che sorta di donna gli si è avvicinata ai piedi.</i> La purità dei farisei era infatti intesa nel senso che nessun peccatore avesse a toccarli e, se qualcuno di questi cosiddetti immondi li avesse toccati, sia pur di sfuggita, ne avevano orrore, quasi che il contatto con un impuro avesse reso impuri loro stessi. Quando dunque quella peccatrice rinomata nella città si accostò al Signore per piangere ai suoi piedi, il fariseo, al vederla, rimuginava dentro di sé le parole di cui sopra. Come sapeva che Cristo non conosceva quella donna? Era solo un sospetto, motivato dal fatto che Cristo non l'aveva allontanata, poiché, se fosse stato un profeta, l'avrebbe certo scacciata. In realtà, il Signore non solo conosceva la donna peccatrice, ma vedeva anche le ferite inguaribili del fariseo superbo. E per mostrargli quanto fosse superbo, penetrando nei suoi pensieri gli disse: <i>Simone, ho da dirti una cosa. Un banchiere aveva due debitori, dei quali uno gli doveva cinquanta denari, mentre l'altro cinquecento. Non avendo costoro di che restituire, condonò il debito a tutti e due. Chi di loro lo amerà di più?</i> Il fariseo, di fronte alla verità che gli estorceva la confessione, dové pronunziare una sentenza che lo condannava. <i>Credo, Signore, rispose, che sarà colui al quale è stato condonato di più.</i></p>
---	---

imitationem suam nos hortatur: videmus eum convivatum esse cum superbis, quomodo nos prohibet ne convivemur cum eis? Nos quidem, fratres, propter correptionem aliquam tenemus nos etiam a fratribus nostris, et non cum eis convivamus, ut corrigantur. Cum extraneis potius convivamus, cum Paganis, quam cum his qui nobis haerent, si viderimus eos male vivere, ut erubescant, et corrigantur; sicut dicit Apostolus: *Si quis non obaudit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et nolite commisceri cum eo; et non ut inimicum eum existimetis, sed corripite ut fratrem*²³. Facimus hoc plerumque propter medicinam; et tamen cum extraneis multis et cum impiis saepe vescimur.

Superborum convivium, seu invidentiam, fugiamus.

9. Quid est hoc quod ait: *Superbo oculo et insatiabili corde, huic non convalescebar?* Habet epulas suas cor pium, habet epulas suas cor superbum: nam propter cibos ipsos cordis superbi, ideo dixit, *insatiabili corde*. Cor superbum unde pascitur? Si superbus est, invidus est: aliter esse non potest. Superbia, mater invidentiae est: non potest nisi generare hanc, et cum illa semper esse. Omnis ergo superbus, invidus est: si invidus est, malis alienis pascitur. Unde dicit Apostolus: *Si mordetis et comeditis invicem; videte ne ab invicem consumamini*²⁴. Videtis ergo comedentes; nolite his convesci, fugite tale convivium; neque enim se satiant gaudendo de malis alienis, quia insatiabili corde sunt. Cave ne capiaris in epulis eorum laqueo diaboli. Cibis talibus pascebantur Iudaei, quando crucifixerunt Dominum: sed quia pascebantur tamquam de poena Domini. (Nam et nos de cruce Domini pascimur, quia corpus ipsius manducamus.) Dicebant enim, cum viderent eum pendentem in cruce,

E allora il Signore, volgendosi alla donna, prese a dire a Simone: Vedi questa donna?

Sono entrato in casa tua, e tu non mi hai dato l'acqua per lavarmi i piedi; costei invece mi ha lavato i piedi con le lacrime [Lc 7, 36-44].

E il resto che ben sapete:

sicché non è da soffermarsi a lungo in cose che abbiamo riferite solo come conferma.

Orbene, questo fariseo era certamente superbo; eppure il Signore stava a mensa con lui.

Come fa allora il salmo a dire:

Con l'uomo dall'occhio superbo e dal cuore insaziabile io non sedevo a mensa?

Che significa: *Non sedevo a mensa?*

Non mangiavo con lui.

Ma se queste cose il Signore non l'ha praticate, come fa ad imporle a noi?

Egli ci esorta ad imitarlo;

ma, se lo vediamo andare a pranzo dai superbi, come può proibirci di fare altrettanto?

Veramente anche noi, fratelli, per motivi di più efficace riprensione ci appartiamo a volte dai nostri fratelli

e per farli ravvedere rifiutiamo di sedere a tavola con loro.

Preferiamo magari pranzare con gli estranei, con i pagani,

anziché con i nostri compagni, che vediamo comportarsi malamente.

Questo, affinché provino rossore [della loro vita]

e si emendino.

Come dice l'Apostolo:

Se qualcuno non ascolta la nostra parola contenuta in questa lettera, notatelo, ed evitate la sua compagnia.

Tuttavia, non consideratelo un nemico,

ma riprendetelo come un fratello [2 Thess 3, 14-15].

A queste misure ricorriamo anche noi a volte per trarne rimedio;

fatto sta, comunque, che spesso

sediamo a mensa con molti estranei e con gli stessi empì.

L'invidia è insaziabile.

9. Che vuol dire allora:

Con l'uomo dall'occhio superbo

e dal cuore insaziabile io non sedevo a mensa?

Il **cuore buono** ha i suoi cibi,

e i suoi cibi ha il **cuore superbo**.

È infatti in rapporto a questi cibi del **cuore**

che si menziona nel salmo *il cuore insaziabile*.

Di che si **pasce** il **cuore** superbo?

Se è superbo, sarà anche invidioso.

Non potrebbe essere altrimenti.

La superbia è la madre dell'invidia;

non può non generare questo vizio né esserne disgiunta.

Ogni superbo è quindi un invidioso

e, se è invidioso, si **pasce** del male altrui, come dice l'Apostolo:

Se vi mordete e divorate a vicenda,

state attenti almeno a non consumarvi a vicenda [Gal 5, 15].

Se pertanto vedete gente che si **sbrana** gli uni gli altri,

non ponetevi a mensa con loro, fuggite tali banchetti!

Essi mai saranno **sazi** di godere del male altrui,

poiché il loro **cuore** è insaziabile.

Non lasciarti sorprendere dal laccio del diavolo

e condurre alla loro mensa!

Con cibi di questa sorta si nutrivano i Giudei

insultantes, quia insatiabiles corde erant; dicebant ergo: *Si Filius Dei est, descendat de cruce; alios salvavit, se salvare non potest* ²⁵. Pascebantur cibo crudelitatis suae, et ille pascebatur cibo misericordiae suae. *Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* ²⁶. Illi ergo habebant alias epulas, ille alias. Sed quid dictum sit de mensa superbiorum, audite: *Fiat mensa eorum coram ipsis in muscipulam, et in retributionem, et in scandalum* ²⁷. Pasti sunt, capti sunt. Quomodo enim aves ad muscipulam, aut pisces ad hamum pascuntur, sed capiuntur; sic et ipsi. Habent ergo impii epulas suas, habent et pii epulas suas. Audi epulas piorum: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* ²⁸. Si ergo pius pascitur cibo iustitiae, et impius superbiae; non mirum si insatiabilis corde. Pascitur cibo iniquitatis: noli pasci cibo iniquitatis, et non tibi convescitur superbus oculo e insatiabilis corde.

Christi minister indignus aliis prodest, sibi obest.

10. [v. 6.] Et unde tu pascebaris? et quid te delectabat, ubi ille tibi non convescebatur? *Oculi mei, inquit, super fideles terrae, ut considerent hi mecum.* Dominus dicit: *Oculi mei super fideles terrae, ut considerent hi mecum:* id est, ut mecum sederent. Quomodo sederent? *Sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel* ²⁹. Iudicant fideles terrae, quibus dicitur: *Nescitis quia angelos iudicabimus?* ³⁰ *Oculi mei super fideles terrae, ut considerent hi mecum.* *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.* Mihi ait, non sibi. Multi enim ministrant Evangelium, sed sibi ministrant; quia sua quaerunt, non quae Iesu Christi ³¹. Quid est, Christo ministrare? Ea quae Christi sunt quaerere. Et quidem quando mali annuntiant Evangelium, alii salvantur, illi puniuntur. Dictum est enim: *Quae dicunt, facite; quae faciunt, facere nolite* ³². Non timeas ergo quando a malo audis Evangelium. Vae illi qui sibi ministrat, id est, qui sua ibi quaerit: tu. Christi accipe. *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.*

quando crocifissero il Signore:

nel senso che essi provavano, per così dire, un gran gusto al vederlo soffrire

(ben diversamente ci nutriamo noi della croce del Signore, quando ne mangiamo il corpo!).

Vedendolo sospeso alla croce,

lo insultavano da gente dal cuore insaziabile e dicevano:

Se è Figlio di Dio, scenda dalla croce!

Ha salvato gli altri e non può salvare se stesso? [Mt 27, 40 42].

Si pascevano della loro crudeltà,

mentre lui, nutrendosi col cibo della misericordia, diceva:

Padre, perdona loro perché non sanno quello che fanno. [Lc 23, 34].

Quelli avevano un cibo,

lui ne aveva un altro.

Ma cosa è detto del banchettare dei superbi? Ascoltate!

La loro mensa diventi per loro un laccio

e una ricompensa e uno scandalo. [Ps 68, 23].

Si sono cibati e sono stati presi.

Come gli uccelli che attratti dal cibo si avvicinano al cappio e i pesci all'amo e vengono presi,

così è di costoro.

Hanno dunque gli empi il loro cibo,

come anche per i buoni c'è un cibo.

Ascolta quale sia il cibo dei buoni!

Beati coloro che hanno fame e sete di giustizia,

poiché saranno saziati [Mt 5, 6].

Se pertanto il buono si nutre del cibo della giustizia,

mentre il malvagio del cibo della superbia,

niente di strano che quest'ultimo abbia il cuore insaziabile:

si pasce infatti col cibo dell'iniquità.

Non pascerti di questo cibo,

e non avrai a mensa con te

né colui che è superbo di occhi

né colui che ha insaziabile il cuore.

Il ministro indegno di Cristo giova agli altri, rovina se stesso.

10. [v. 6.] Ma tu di che cosa ti cibavi?

Cosa gustavi alla tua mensa, alla quale non partecipava l'iniquo?

Dice:

I miei occhi sopra i fedeli della terra,

affinché stessero assisi con me.

Il Signore dice:

I miei occhi sopra i fedeli della terra, affinché stessero assisi con me,

cioè si sedessero accanto a me.

In che modo si sarebbero seduti con lui?

Sederete, dice, su dodici troni

e giudicherete le dodici tribù d'Israele [Mt 19, 28].

Giudicano i fedeli della terra coloro ai quali viene detto:

Non sapete che noi giudicheremo gli angeli? [1 Cor 6, 3].

I miei occhi erano sopra i fedeli della terra,

affinché si sedessero con me.

Colui che camminava sulla via immacolata mi serviva.

Serviva me, dice, non se stesso.

Ci sono molti infatti, che si pongono al servizio del Vangelo ma in sostanza servono se stessi,

poiché cercano il proprio tornaconto,

non gli interessi di Gesù Cristo [Cf. Phil 2, 21].

Che vuol dire, infatti, servire Cristo?

Curare gli interessi di Cristo;

<p>11. [v. 7.] <i>Non habitavit in medio domus meae faciens superbiam.</i> Referte ad domum illam, id est, ad cor. Non habitabat in corde meo faciens superbiam: nullus talis habitabat in corde meo; resiliabat enim inde. Nemo habitabat in corde meo; nisi mitis et quietus; superbus non illic habitabat. Non enim habitat in corde iusti iniustus. Sit a te iustus remotus nescio quot millibus et mansionibus; simul habitatis, si unum cor habetis. <i>Non habitavit in medio domus meae faciens superbiam. Loquens iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.</i> Haec est via immacolata, ubi intellegimus quando ad nos veniat Dominus.</p> <p>Vita praesens nox est, tentationibus plena, in Christo tuta.</p> <p>12. [v. 8] <i>In matutinis interficiebam omnes peccatores terrae.</i> Hoc obscurum est; dignamini advertere: iam finis Psalmi est. <i>In matutinis interficiebam omnes peccatores terrae.</i> Quare? <i>Ut disperdam de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.</i> Sunt ergo in civitate Domini operantes iniquitatem, et quasi parcutur eis modo. Quare? Quia misericordiae tempus est: sed veniet et iudicii; quia sic coepit Psalmus: <i>Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine.</i> Iam enumeravit superius quia non illi adhaeserunt nisi boni. Malis non adhaesit, nec delectabatur epulis iniquitatis eorum qui sibi ministrabant, non Domino, id est, sua quaerebant. Et quasi diceretur illi: Et ut quid tales in civitate tua tanto tempore tolerasti? Tempus misericordiae est, ait. Quid est, tempus misericordiae? Adhuc nondum revelatum est iudicium: nox est; apparebit dies, apparebit iudicium. Audi Apostolum: <i>Itaque nolite ante tempus quidquam iudicare.</i> Quid est, <i>ante tempus?</i> Ante diem. Audi quia ante diem dixit: <i>Donec veniat Dominus, et illuminet abscondita tenebrarum, et manifestabit cogitationes cordis; et tunc laus erit unicuique a Deo</i> ³³. Nam modo, quamdiu non vides cor meum et non video cor tuum, nox est. Nescio quid ab homine petisti; non accepisti, contemni te putas: et forte non contemneris; cor enim non vides: et cito</p>	<p>per cui, quando un malvagio predica il Vangelo, gli altri si salvano, lui è condannato. Non per nulla dice il Signore: Fate quello che dicono, non quello che fanno . [Mt 23, 3]. Non sgomentarti quindi se il Vangelo ti viene annunciato da un malvagio. Guai a lui! poiché è al servizio di se stesso, cioè ricerca nell'evangelizzazione il suo interesse. Tu prendi da lui quel che è di Cristo. Colui che camminava sulla via immacolata, mi serviva.</p> <p>11. [v 7.] Non ha dimorato in mezzo alla mia casa colui che agiva con superbia. Riferite le parole alla casa di cui si parlava prima, cioè al cuore. Non ha dimorato nel mio cuore colui che agiva superbamente. Non vi abitava ma subito ne usciva fuori. Nel mio cuore non abitava nessuno che non fosse mite e pacifico. Il superbo non vi abitava, poiché l'iniquo non può abitare nel cuore del giusto. Sia pure il giusto separato da te non so quante miglia o da quali distanze; se voi avete un cuore solo, voi abitate insieme. Chi agiva con superbia non ha dimorato in mezzo alla mia casa. Chi parlava di cose inique non procedeva alla vista dei miei occhi. Ecco la via immacolata, nella quale comprendiamo quando il Signore viene da noi.</p> <p>La vita presente è una notte piena d'insidie.</p> <p>12. [v 8.] Di mattina io uccidevo tutti i peccatori della terra. È una frase oscura. Vogliate prestare attenzione, anche perché siamo alla fine del salmo. Di mattina uccidevo tutti i peccatori della terra. A che scopo? Per disperdere dalla città del Signore tutti coloro che commettono ingiustizie. Ci sono dunque nella città del Signore degli operatori di iniquità, e sembrerebbe che almeno per adesso vengano risparmiati. Ma perché? Perché ora è tempo di misericordia. Verrà poi il tempo del giudizio, poiché il salmo s'è aperto proprio con queste parole: Misericordia e giudizio canterò a te, Signore. Ha precisato antecedentemente che con lui non fanno lega se non i buoni e che lui personalmente non è entrato in combutta con i cattivi né ha gustato il sapore delle vivande inique di coloro che servono se stessi e non il Signore (che cioè ricercano soltanto il loro tornaconto). Ora suppone una specie di obiezione: " Perché hai tollerato per tanto tempo nella tua città gente come questa? ", e risponde: "Perché è tempo di misericordia". E che vuol dire: Tempo di misericordia? Che non si è ancora manifestato il giudizio. Ora è notte; ma si farà giorno e si farà anche il giudizio. Odi l'Apostolo: Pertanto non giudicate alcuno anzitempo. Che significa: Anzitempo? Prima che si faccia giorno.</p>
---	---

blasphemias; in nocte danda est tibi venia erranti. Diligit te homo nescio quis, et putas quia odit te; aut odit te, et putas quia diligit te: sed quodlibet sit, nox est. Noli timere, praesume in Christo, in illo habeto diem: non est quid mali de illo sentias, quia securi sumus, et certi sumus quia falli non potest; amat nos. De nobis autem invicem nondum certi sumus. Deus enim novit dilectionem nostram in invicem: nos autem etiamsi diligimus nos invicem, quis videt qua dispensatione a nobis fiant ista? Quare nemo videt cor? Quia nox est. In ista nocte tentationes abundant. Quasi de ipsa nocte dixit psalmus: *Posuisti tenebras, et facta est nox; in ea pertransibunt omnes bestiae silvae: catuli leonum rugientes ut rapiant, et ut quaerant a Deo escam sibi* ³⁴. In nocte quaerunt escam catuli leonum. Qui sunt catuli leonum? Principum et potestatum aeris huius, daemones et angeli diaboli ³⁵. Quomodo sibi quaerunt escam? Quando tentant. Sed quia non accedunt, nisi Deus eis dederit potestatem; ideo dictum est: *Quaerentes a Deo escam sibi*. Petiit Iob tentandum. Qualem escam? Opulentam, pinguem, iustum Dei, cui ipse Deus testimonium perhibuit, et ait: *Homo sine querela, verus Dei cultor fuit* ³⁶. Petivit illum tentandum, quaerens a Deo escam: et accepit tentandum, sed non opprimendum; purgandum, non evertendum; aut forte nec purgandum, sed probandum. Tamen et qui tentantur, aliquando traduntur occulto merito suo in manus tentatoris, quia traditi sunt forte in concupiscentias suas. Nam diabolus nulli nocet, nisi acceperit potestatem a Deo. Sed quando? In nocte. Quid est, in nocte? In isto tempore. Cum autem transierit nox, et venerit dies, mittuntur mali cum illo in ignem aeternum, iusti vero in vitam aeternam ³⁷. Nullus illic erit tentator, quia non sunt illic catuli leonum; quia transacta est nox. Ideo Dominus discipulis suis ait: *Hac nocte postulavit satanas vexare vos sicut triticum; et ego rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua* ³⁸. Quid est, *vexare sicut triticum*? Quomodo ab homine triticum non manducatur, nisi primo attritum, ut panem faciat; sic neminem manducat diabolus, nisi primo per tribulationem everterit. Conterit, ut manducet: tu autem quando tribularis, si maneas granum, non conturberis; nihil tibi contingit. Quomodo boves triturant, numquid in solum triticum intrans? Simul mittuntur cum tribula in aream. Sed numquid timendum est tritico? Absit. Non conciditur nisi palea; triticum spoliatur superfluis, et veniat ventilatio, et invenit puram massam: quem invenit granum mittit in horreum suum; et acervum paleae comburet igni inexstinguibili ³⁹.

Notate come proprio di questo si parli.

Dice:

Finché non venga il Signore, il quale illuminerà i recessi delle tenebre e manifesterà i disegni del cuore, e allora ciascuno conseguirà da Dio la sua lode [1 Cor 4, 5].

Ora al contrario, cioè finché tu non penetri nel mio cuore e io non riesco a penetrare nel tuo, è notte.

Tu, ad esempio, hai chiesto qualcosa ad uno: non l'ottiene e pensi che l'altro non ti calcoli.

In realtà può darsi benissimo che egli ti apprezzi: solo che tu non riesci a penetrare nel suo cuore.

Sei troppo frettoloso ad imprecare.

Sbagli a causa della notte,

è per questo devi essere perdonato.

Una persona, chiunque essa sia, ti ama,

ma tu sei convinto che essa ti odii;

ovvero ti odia, mentre tu credi che ti voglia bene.

In ambedue i casi, per te è notte. Non temere!

Abbi fiducia in Cristo e cerca in lui la luce del giorno.

In lui non potrai supporre alcun male,

poiché siamo assolutamente sicuri che egli non può ingannarsi e che ci ama.

Fra noi uomini invece non siamo mai del tutto sicuri, almeno per ora.

Dio conosce l'amore che abbiamo gli uni per gli altri;

ma noi, anche se in realtà ci vogliamo bene,

chi potrà controllare con che mira lo facciamo?

Ma perché a nessuno è dato scandagliare il cuore degli altri?

Perché è notte:

una notte nella quale abbondano le tentazioni,

una notte della quale sembrerebbe parlare il salmo che dice:

Inviasti le tenebre e si fece notte.

In questa [notte] si mettono in cammino tutte le belve della foresta: i cuccioli dei leoni ruggiscono in cerca di preda,

chiedendo a Dio il loro cibo [Ps 103, 20-21.

Di notte cercano la preda i piccoli del leone.

E chi sono costoro?

I satelliti dei principi e delle potenze di quest'aria,

i demoni e gli angeli di Satana [cf. Eph 2, 2].

In che modo si cercano la preda? Tentando.

Ma siccome non possono appressarsi all'uomo senza l'autorizzazione di Dio, ecco che di loro si dice:

Chiedendo a Dio il loro cibo.

Il demonio chiese il potere di tentare Giobbe.

Che boccone! Squisito, grasso!

Un giusto del Signore,

al quale Dio stesso aveva reso testimonianza dicendo:

È un uomo irreprensibile, un vero adoratore di Dio. [cf. Iob 1, 8-12].

Chiese dunque di tentarlo (cioè chiese a Dio un pane per i suoi denti), e Dio glielo diede.

Permise che lo tentasse non che lo finisse;

che lo purificasse, non che lo uccidesse;

o forse nemmeno che lo purificasse,

ma soltanto che lo mettesse alla prova.

Ci sono tuttavia altri che, sottoposti a tentazione,

talora per loro responsabilità occulte,

vengono consegnati in potere del tentatore:

forse perché si sono abbandonati alle passioni del loro cuore.

Comunque il diavolo non può nuocere ad alcuno

se Dio non glielo concede.

Ma quand'è che Dio gli dà questo potere?

Di notte.

Quando cioè? Finché dura il **tempo presente**.

Quando invece la presente **notte** sarà terminata

e sarà spuntato il **giorno**,

i cattivi saranno spediti insieme col diavolo nel fuoco eterno

e i buoni se ne andranno alla vita eterna. [Mt 25, 46].

Non ci sarà più alcun tentatore:

finita la **notte**, non vi saranno più i cuccioli dei leoni.

Per questo diceva il Signore ai discepoli:

In questa notte Satana ha chiesto di potervi tritare come frumento;

ma io ho pregato per te, o Pietro,

affinché la tua fede non venga meno. [Lc 22, 31-32].

Che significa: **Triturare** uno *come frumento*?

L'uomo non mangia il frumento

se prima non lo ha tritato per ricavarne del pane.

Allo stesso modo il diavolo non divora nessuno

senza averlo prima schiacciato mediante la tribolazione.

Per mangiarlo, egli ha da sfarinarlo;

sicché, se tu in mezzo alle tribolazioni resti grano intero,

non hai da turbarti. Non ti capiterà alcun male.

Come fanno i buoi a trebbiare?

Forse che vanno là dov'è ammassato solamente il grano?

Sono condotti sull'aia insieme con la trebbia.

E sarà forse il grano quello che ha da temere? No di certo.

Solo la paglia viene sminuzzata.

Il grano viene liberato da ciò che gli era superfluo.

sicché alla vagliatura appare il grano puro.

E chi viene trovato buon grano viene recato nel granaio del Signore;

e il mucchio della paglia viene bruciato nel fuoco che non si spegne.

[Cf. Mt 3, 12].

Qui non se correxerint in tempore misericordiae, punientur.

13. Unde dixi hoc? Quia diem in spe habemus. Dies nobis in Christo debet esse. Nam quamdiu inter tentationes sumus, nox est. In ista nocte parit Deus peccatoribus, ut non illos tollat; flagellat illos tentationibus, ut corrigantur; tolerat illos in civitate sua. Putamus semper tolerabit? Si semper misericordia est, non est iudicium: si autem: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine*; modo parit, tunc iudicabit. Sed quando iudicabit? Cum transierit nox. Ideo dixit: *In matutinis interficiebam omnes peccatores terrae*. Quid est: *In matutinis*? Cum iam dies venerit, nocte transacta. *In matutinis interficiebam omnes peccatores terrae*. Quare eis parit usque ad matutinum? Quia nox erat. Quid est, nox erat? Quia tempus erat parcendi: parcebat, cum corda hominum essent occulta. Vides aliquem male vivere, toleras illum: nescis enim qualis erit, quia nox est; utrum qui hodie male vivit, cras bene vivat; et utrum qui hodie bene vivit, cras malus sit. Nox est enim, et omnes tolerat Deus, quia longanimis est. Tolerat, ut convertantur ad illum peccatores. Sed qui non se correxerint in isto tempore misericordiae, interficientur. Et quare interficientur? Ut dispergantur de civitate Domini, de societate

Cristo misericordioso nel tempo, severo nel giudizio.

13. Perché ho detto questo?

Perché **noi** attendiamo il **giorno** animati dalla **speranza**,

e il **nostro giorno** dev'essere in **Cristo**.

Difatti, *finché siamo* tra le **tentazioni**, è **notte**.

In questa **notte** Dio **perdona** ai peccatori e non li annienta:

li flagella con **tentazioni** affinché si ravvedano

ma li lascia vivere entro le mura della sua **città**.

Pensiamo che li **tollererà per sempre**?

Se **per sempre** avesse a durare la **misericordia**,

non ci sarebbe **tempo per il giudizio**.

Ma se è vero che:

Misericordia e giudizio canterò a te, Signore,

ne segue che **ora perdona**,

poi giudicherà.

Ma quando **giudicherà**?

Quando sarà passata la **notte**.

Per questo dice:

Al mattino io uccidevo tutti i peccatori della terra.

Che vuol dire: **Al mattino**?

Quando, trascorsa la notte, sarà spuntato il **giorno**.

Al mattino io uccidevo tutti i peccatori della terra.

Perché li **risparmia** fino al mattino?

Perché prima era **notte**.

Cosa significa: Era notte?

Era **tempo di perdono**.

Egli **lasciava correre**

finché i **cuori** degli uomini potevano rimanere occulti.

Anche tu vedi uno che vive male e lo **sopporti**,

<p>Ierusalem, de societate sanctorum, de societate Ecclesiae. Quando autem interficientur? <i>In matutinis</i>. Quid est: <i>In matutinis</i>? Cum nox transacta fuerit. Quare modo parcit? Quia tempus est misericordiae. Quare non semper parcit? Quia: <i>Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine</i>. Fratres, nemo sibi blandiatur: interficientur omnes operantes iniquitatem; interficiet eos Christus in matutinis, et disperdet eos de civitate sua. Sed modo cum tempus misericordiae est, audiant eum. Ubique clamat per Legem, per Prophetas, per Psalmos, per Epistolas, per Evangelia: videte quia non tacet, quia parcit, quia erogat misericordiam; sed cavete, quia venturum est iudicium.</p>	<p>poiché, essendo notte, non sai come sarà domani. Non sai cioè se uno che oggi vive male, domani vivrà bene, né se domani sarà perverso colui che oggi vive rettamente. È notte e Dio, che è paziente, sopporta tutti. Sopporta i peccatori affinché si convertano a lui. Quanti poi in questo tempo di misericordia non si saranno ravveduti, saranno sterminati. Come saranno sterminati? Saranno scacciati dalla città del Signore, dal popolo di Gerusalemme, dalla società dei santi, dalla comunione della Chiesa. Quando saranno sterminati? <i>Al mattino</i>. E che vuol dire: <i>Al mattino</i>? Al termine della notte. Ma ora perché risparmia loro il castigo? Perché è tempo di misericordia. E perché non lo risparmierà <i>per sempre</i>? Perché io canterò a te, Signore, misericordia e giudizio. Fratelli, nessuno si lusinghi! Coloro che compiono opere peccaminose saranno uccisi tutti. Cristo li ucciderà al mattino, escludendoli dalla sua città. Vogliano dunque ascoltarlo ora che è tempo di misericordia. Egli grida per ogni dove. Grida mediante la Legge, i Profeti, i Salmi, le Lettere, i Vangeli. Notate bene com'egli non taccia, com'egli tolleri e usi misericordia. Fate però attenzione, poiché dopo verrà il giudizio.</p>
--	--